## ¶ Liber Septimus.

Unde notandum ꝙ quinqȝ sunt modi iudicandi Primus modus est prime auctoritatis quo iudicabit tota trinitas. Secūdus est subaucto-ritatis quo iudicabit xp̄us vt homo Tercius est assessorie dignitatis. quo iudicabunt apostoli et ꝑfecti viri qui cū iudice eminentius insidebunt\et tanq̄ melius scientes leges et consuetudines regni dei quib⁹ totaliter implendis et sciēdis opa dederūt Quartus est approbatōnis quo iudicabunt sancti et angeli. Quintus modus iudicādi est culpā iudicandoꝝ manifestare. sic etiā mali iudicabunt. In iudicando cristus habuit oppositos actus. vnū scilicet actiue\et aliū passiue. Primus nāqȝ est infirmitatis et alius potestatis. In primo nāqȝ aduētu xp̄us venit ad iudicandū passiue. in secundo veniet ad iudicandū actiue. Propter hoc in primo aduētu venit in forma īfirma. in scdo apparebit ī forma gloriosa Hinc est ꝙ xp̄m in iudicio videbunt iusti tā in natura diuinitatis q̄ꝫ humanitatis. a malis autem nullo modo forma diuina videri poterit\et hoc duplici rōe Primo ꝓpter defectū dispositōis in ipso vidente\quia natura sine gratia nō sufficit ad dei visionē. Secundo ꝓpter demeritū delectatōnis que est in visione diuinitatis\ q2 videre deum ſm Johannē vita eterna est que non pōt cōmunicare reprobis Ex predictis patet ꝙ cristus apparebit blandus iustis\sicut Greg. dicit\et terribilis iniustis\quod ꝑfiguratū est in colūna nubis in die\ et ignis in nocte. Videbūt enim mali hūanitatem cristi vt timeāt et non diuinitatē ne gaudeant Boni aūt vtrāqȝ naturam xp̄i videbunt. Stigmata quoqȝ cristus mōstrabit et insignia passiōis scȝ crucez\cla. ꝛc. Sedebit quoqȝ cristus supra in loco emmētiori cū sanctis. mali vero subtus in terra quam dilexerūt. et merito tunc cristus iudiciū exercebit. tum quia noscit merita singuloꝝ\cum ip̄e sit in quo sunt omnes thesauri sapiētie et scientie absconditi Tum quia non est reus de aliquo eoꝝ super quibus iudicabit. non enim fecit peccatū nec inuētus est dolus ī ore eius. Et hec duo precipue decēt iudicē

### ¶ De iudicandis ¶ Capitulum. xviij.

ORdines quatuor erunt in iudicio Quidam enim iudicabuntur et damnabūtur\vt quoꝝ merita damnabilia ꝑmixta sunt aliq̄bus bonis sicut illoꝝ qui habuerūt fidem sine operibus. Quidam iudicabūtur et saluabūtur\vt quoꝝ merita bona ꝑmixta sunt aliquibus malis venialibus Quidā autem no[n] iudicabūtur et damnabūtur\vt quoꝝ mala merita omnino imꝑmixta sunt bonis\vt qui caruerunt fundamento fidei. Quidam nō iudicabūtur sed iudicabūt et saluabūtur\vt quorum merita bona imꝑmixta sunt malis. sicut perfectorum pauperum cristi\de quibus Math. xix. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedem iudicantes duodecim tribus israel ꝛc. De predictis q̄tuor ordinibus nota ꝙ oēs homines iudicabūtur iudicio retributōnis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-383/0264
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG